Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nolite gloriari et mendaces esse aduersus veritatem. Non enim est ista sapientia desursum descendens
sed terrena animalis diabolica. Vbi enim zelus
et contencio: ibi instantia et omne opus prauum.
Que autem desursum est sapientia primum quidem pudica
est: deinde pacifica modesta: suadibilis bonus
obediencis: plena misericordia et fructibus bo-
nis iudicans sine simulacione. Fructus autem
iustitiae in pace seminatur facientibus pacem.
Hi. t. Venit iesus in regionem Sadum Maria
geralenor. Et exeunti ei de nauim: statim occur-
rit de monumentis homo in spiritu immundo: qui
domicilium habebat in monumentis. Et neque ca-
thenis iam quisquam poterat ligare eum: qui sepe
compedibus et cathenis uinctus diruperat
cathenas et compedes comminuerat: et nemo
poterat eum domare. Et semper nocte ac die in
monumentis et in montibus erat: clamans
et caedens se lapidibus. Videns autem iesum alon-
ge: cucurrit et adorauit eum. Et clamans voce
magna dixit. Quid mihi et tibi iesu fili dei ui-
ui? Adiuro te per deum: ne me torqueas. Dice-
bat enim illi. Exi spiritus immunde ab homine.
Et interrogabat eum. Quod tibi nomen est.
Et dicit ei: Legio michi nomen est: quia multi
sumus. Et deprecabatur eum multum: ne se
expellerent extra regionem. Erat autem ibi
circa montem grex porcorum magnus pascens.
Et deprecabantur eum spiritus dicentes. Mitte
nos in porcos: ut in eos introeamus. Et con-
cessit eis statim iesus. Exeuntes spiritus immundi